



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Talaria. Velocitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

& illi cognomentum $\chi\lambda\mu\tau\omega\varsigma$, Phurnuto & Suida authoribus, est inditum; ideoque sic de illo cecinit Horat. lib.

Horatius
*Callidum quidquid placuit jocoso
Condere furto.
Te Boves olim, nisi reddidisset,
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.*

1. Carm.
Ode 10.
Batum
passivem
quem ob
perfidiam
in saxum
mutavit.
Ovidius 2.
Metam.

& Prudentius:
*Expertes furandi homines, hac imbuit arte,
Mercurius Maja genitus.*

HYDRARGYRON. CAP. XXIV.

PER eundem Mercurium Chemicæ artis professores, argentum liquidum, quod vulgo vivum, Græcè hydrargyron appellatur, propter ejus mobilitatem intelligunt: nam illi singulis metallis Plueticarum nomina attribuunt: ut plumbo Saturni, stannò Jovis, ferro & chalybi Martis, auro Solis, zni Veneris, argento Lunæ, ut Plato in Timæo facere videtur.

TALARIA.

VELOCITAS. CAP. XXV.

TALARIA Mercurii, velocitatem motumque significant, quod is sublimis per aëra feratur, ut Virgilius ait: *Ænei. l. 4.*

--- Et primum pedibus talaria nectit
*Anrea: quæ sublimem alis, sive aquora supra,
Sens terram rapido pariter cum flumine portant.*

adeo ut si cuiquam significare velimus fugiendum esse apte talaria depingere possimus: unde fit ut etiam communi sermone dici soleat; *Addere pedibus alas*, pro celeritate. Item Virgilius:
Pedibus timor addidit alas.

CADUCEUS.

POTESTAS ET VIS FATI. CAP. XXVI.

EST & alia Caducei qui Mercurio attribuitur significatio, præter eas quæ à Pierio sunt enumeratæ. Caduceus enim fati potestatem significat, vel afflatum quendam divinum dictumque, quo non modo mentes nostræ, verum etiam creata omnia moventur & gubernantur: atque vinculum quo cum Deo colligati sumus, ac inter nos ipsiusque fati necessitatem omnia stringentem. Quod præclare indicasse videtur Virgilius his verbis:

*Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco,
Pallentesque alias sub tristia Tartara mittit.
Diat serenos, admittitque, & lumina morte resignat:
Illa fretus agit ventos, & turbidattranat
Nubila.*

*Ænei. li. 6.
ab Homero
Odyf. 1. &
u. & lilia u.
Mac. lib. 7.
c. 19. & idè
Pierius e-
mnino lib.
15. in Ca-
duceo.*

Sic enim pingebatur ab Ægyptiis Caduceus ille, Macrobio authore, in specie Draconum maris & foeminae conjunctorum, qui parte media voluminis sui, invicem nodo, quem vocant Herculis, obligabantur, primæque partes eorum reflexæ in circulum pressis oculis ambitum circuli jungebant: & postmo-
*Caduceus
quomodo
ab Ægyptiis
pingebatur*

Aaaaa

postmo-